MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1480/1500 Seite 76r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ihus. Si male locutus sum testi
monium perhibe de malo. si autem
bene. quid me cedis. Et misit eum
annas ligatum ad caypham pon
tificem. Erat autem symon petrus
stans et calefaciens se. Dixerunt
ergo ei. Numquid et tu ex discipu
lis eius es. Negauit ille et dixit.
Non sum. Dicit unus ex seruis
pontificis cognatus eius cuius
abscidit petrus auriculam. Non
ne ego te vidi in orto cum illo.
Iterum ergo negauit petrus. Et
statim gallus cantauit. Ad du
cunt ergo ihm a caypha in pretorium.
Erat autem mane. Et ipsi non in
troierunt in pretorium ut non conta
minarentur. sed ut manducarent
pasca. Exiuit ergo pylatus ad
eos foras et dixit. Quam accusa
cionem affertis aduersus hominem
hunc. Renderunt et dixerunt ei. Si
non esset hic malefactor non tibi
tradidissemus eum. Dixit ergo ei
pylatus. Accipite eum vos et secundum
legem vestram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non licet
interficere quemquam. Vt sermo
ihu impleretur quem dixit: signi
ficans qua morte esset moriturus
Introiuit ergo iterum in pretorium
pylatus: et vocauit ihm. et dixit
ei. Tu es rex iudeorum. Et respondit
ihs. A temetipso hoc dicis an alii
tibi dixerunt de me. Respondit pyla
tus. Numquid ego iudeus sum. Gens
tua et pontifices tradiderunt te
michi. Quid fecisti. Respondit ihs.
Regnum meum non est de hoc mundo.
Si ex hoc mundo esset regnum meum
ministri mei vtique decertarent. ut non
traderer iudeis. Nunc autem regnum
meum non est hinc. Dixit itaque ei
pylatus. Ergo rex es tu. Respondit
ihs. Tu dicis: quia rex sum ego.
Ego in hoc natus sum. et ad hoc
veni in mundum: ut testimonium perhi
beam veritati. Omnis qui est ex ve
ritate. audit vocem meam. Dixit ei
pylatus. Quid est veritas. Et
cum hoc dixisset iterum exiuit ad iu
deos. et dicit eis. Ego nullam
causam inuenio in eo. Est autem con
suetudo vobis: ut vnum dimittam
vobis in pasca. Vultis ergo di
mittam vobis regem iudeorum. Cla
mauerunt rursum omnes dicentes.
Non hunc sed barraban. Erat autem
barrabas latro. Tunc ergo appre
hendit pylatus ihm. et flagella
uit. Et milites plectentes coronam
de spinis imposuerunt capiti eius.
et veste purpurea circumdederunt eum.
et veniebant ad eum et dicebant. Aue
rex iudeorum. Et dabant ei alapas.
Exiuit iterum pylatus foras. et
dixit eis. Ecce adduco vobis eum
foras: ut cognoscatis. quia in eo
nullam causam inuenio. Exiuit
ergo ihs portans spineam coronam:
et purpureum vestimentum. et dicit
eis pylatus. Ecce homo. Cum
ergo vidissent eum pontifices et
ministri clamabant dicentes. Cru